



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Amor Deiparæ Virginis Mariæ; Petri Antonii Spinelli  
Neapol. Societ. Iesv**

**Spinelli, Pietro Antonio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1620**

Deiparæ templa adeunda, Imagines colendæ, Festa eius præparatione  
aliqua præuenienda, Preces item in eius honorem fundendæ, præsertim  
salutatio Angelica.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60948](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60948)

Dominam salutaturus: dic ergo mente deuota unum AVE MARIA hæc ille.

Et certè eiusmodi ergo Deiparam studium miraculis interdum comprobatum *Pratum spirituale.* legimus, quemadmodum ex Prato *Deuotio* spiri- tuali cap. 180. constat in Abbate Ioanne *cuiusdam* Anachoreta, qui cum peregrinatum exiret *clerici er-* candelam accensam in Cella coram Deipa *ga Deipa-* ræ Imagine relinquere, eiq; sub discessum *ra imagi-* enixè se comendare consueuerat, & cum *nem con-* post unum, duos, sexuè interdum menses *firmatur.* aliquando remigraret, candelam integrâ, illam quidem, atq; ardentem sicut reliquerat non sine miraculo inueniebat, quod c. 29 plenius narrauimus. *Cap. 29.*

III.

DEIPARÆ TEMPLA ADEVN. *udas, imagines colenda, festa eius preparatio-* *udine aliqua prauenienda, preces item in* *eius honorem fundenda, pra-* *sertim salutatio* *Angelica.*

AD priuatas, quæ Deiparæ fundun- *Preces in* *tur, preces spectat quoque sacra honorem* *Virginis adite templa, celebresque eius Deipara.* *Imagines piè inuisere, coram iisdem* *cum aliquo pietatis sensu eandem inuo-* *care.*

Festis item Deiparæ dicatis diebus, non tantum ad sacram Eucharistiam accedere, consuetas preces augere, vel saltem maiori eas animi ardore persolvere; verum etiam peculiari aliqua pietatis exercitatione ad ea festa deuotius celebranda se comparare, de quo mox plenius differemus. Complures verò sunt preces, quæ pro opportunitate, & cuiusque deuotione in Deiparæ honorem recitari possunt; eiusmodi inter alias censentur Hymni.

*Offic. Eccl.**Aue maria stella, &c.**O Gloriosa Domina, &c.**Canticum Magnificat, &c.*

Hymnus S. Ambrosij, & Augustini, *Te Deum laudamus*. In laudem Deiparæ à Bonauentura tom. 2. opusculorum concinnatus, cuius initium est. *Te matrem Deum laudamus*.

Aliæ insuper orationes, quæ in Officio paruo B. Virginis leguntur, nimirum.

*Salve Regina, &c.**Obsecro te Domina, &c.**O intemerata, &c.**Cap. 29.**Stabat mater dolorosa, &c.* Et similes, de quibus nonnulla c. 29. diximus.*Luc. 1.*

Porro inter preces, quæ ad Deiparam diriguntur, principem locum tenere videtur salutatio Angelica, cuius initium

initium Gabriel vnus ex septē Principi-  
bus Ang-lorū, qui ante Deū astant, san-  
ctissimæ Trinitatis nomine ad Virginē  
beatissimā, cū in matrem Dei delecta  
esset, p̄nunciauit, q̄ etiā nunc acciden-  
tale gaudium S. Gabrieli affert in cœlis,  
etenim libro 4. Reuelationū Sanctę Ger-  
trudis cap. 12. sic legimus: *Sanctus quoq̄  
Gabriel toties nouo splendore diuini luminis  
visus est irradiari, quoties recitabatur An-  
nunciatio facta per vsū.* sic ibi.

S. Gertrud

Neque summorū Pontificum studiū *Indulgētia*  
defuit, qui fideles ad frequentem saluta- *salutatio-*  
tionis Angelicæ recitationē, Indulgen- *nem An-*  
tiarū largitione excitarent. Etenim Vr- *gelicam*  
banus IV. omnibus, qui deuotē saluta- *recitanti-*  
tionem Angelicā recitarint, Indulgen- *bus cōcessa*  
tiam dierū triginta concessit, totidemq̄; *Vrbanius*  
ijs, qui Iesu nomen itidem implorariat. *IV. Pon-*  
Ioannes aut̄ XXII. easdem Urbani IV. *tif. Ioan.*  
Indulgentias postea non confirmauit *XXII.*  
solū, verū etiam duplicauit. *Pontifex.*

Cæterum non inuile erit subijcere in  
præsentia qua nam occasione eandē sa-  
lutationem Angelicam Deiparæ offerre  
possumus.

Et vt taceam de Deiparę Rosario, Co- *De saluta-*  
rona, & Corona paruula, quæ ex saluta- *tionis An-*  
tione Angelica ad certum numerum re- *gelicæ vsu.*  
perita constant, de quibus vberius c. seq.



In primis cum ad salutationem Angelicam trino campanæ pulsu, vesperi, mane, & meridie ex præscripta Ecclesiæ consuetudine signum datur, reuerenter flexis genibus Deipara est salutanda, ea tunc temporis recolendo, quæ cap. 29. significauimus.

Ad hæc Deiparæ per salutationem Angelicam nos commendemus.

*Thom. de Kempis.*

Cum horologium horas significat, quod Arnoldus Hollandus factitasse legitur apud Thomam de Kempis libro de Illustribus Florentij discipulis.

Cum noctu expergisceris.

Cum interdiu opus aliquod inchoandum vel negotiũ tractandum occurrat.

Cum tentatione aliqua à Sathana impugnaris.

Cum aliqua Deiparæ Imago conspicitur iuxta illud.

*Virginis intacta, dum præteris, anne figuram.*

*Prætereundo caue ne sileatur.*

*S. Brigitta*

*reuelatio*

*de salutat.*

*Angelica.*

Nec illud reticendum, quod in Reuelationibus sanctæ Brigittæ, quæ dicuntur extrauagantes cap. 65. legimus, vbi

Christus Dominus inter alia Si Brigittæ de modo viuendi pro se & familia tradita monita adiecit, & illud: Si aliquis subito motu, vel ira obloquitur alteri; statim cum fieri potest, quaratis locum aptum legendo

gendo unum Ave Maria, à Deo indulgentiam postulando. sic ibi.

Quotidie Virginem propter ea, quibus in terris perfusa est gaudia, & propter dolores, quos dum viuere perpessa est, & propter eam, qua nunc in Cœlis perfruitur gloriam, triplici salutatione Angelica veneremur.

**QUÆNAM PER PRIVATAS**

precēs preparatio ad Deipara festam  
piè colenda fieri possit.

**V**T verò erga Deiparam pietas nū- *Alia pre-*  
triat, ac magis in dies augeatur, *ces in ho-*  
nō parū proderit ieiunijs, operib<sup>9</sup> mi- *norem*  
sericordiæ, ac peculiaribus precibus ad *Deipara.*  
eius festa deuotius celebranda se com-  
parare, vel etiā per eorum octauam ali-  
quid eiusmodi in Deiparæ honorē exhi-  
bere: qua de re, vt reliqua tunc taceam,  
aliquas preces, quæ in nonnullis Deiparæ  
festis recitari possunt ex Beata Gertrude  
afferemus, vt ex ijs tale quippiā ad alio-  
rum festorum præparationem nos ipsi  
statuere possimus.

**ASSUMPTIO B. V.**

**I**N libro 4. Reuelationum Beatæ Ger-  
trudis capite 49. de præparatione ad  
Festum